

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Auli Gellii Noctes Atticae

Gellius, Aulus

Lugd. Batavorum, MDCLXXXVIII

Widmungsbrief

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1123](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1123)

*Perillustribus, Splendidissimis &  
Amplissimis Viris*

Academiae Lugduno-Batavae

# CURATORIBUS

D. DANIELI VAN WYN-  
GAERDEN, BARONI DE  
WYNGAERDEN, BENT-  
HUYSEN, RUYBROECK,  
DOMINO DE WERCKEN-  
DAM, MOERMOND, RE-  
NESSE, ZUYDLAND, NOORD-  
WELLE, &c.

D. HIERONYMO VAN BE-  
VERNINGH JC. THEILIN-  
GÆ TOPARCHÆ.

D. CONRADO VAN BEU-  
NINGEN JC.

*Eorumque Collegis,*

Reipublicæ Lugdunensis

# CONSULIBUS

D. JACOBO VAN DER MAES.

D. JOANNI VAN VESANE-  
VELT JC.

D. JOANNI VAN BANCHEM.

D. CORNELIO PAETS JC.

*Ac Prudentissimo Viro*

D. PETRO BURGERSDICIO J.C.  
& Illustr. DD. Curat. à Secretis.

IACOBUS GRONOVIVS S. P. D.



uas chartas non ab-  
surda domestici &  
studii & ingenii in-  
dustria politas produ-  
cere me respectus u-  
tilitatis publicæ com-  
pellit, iis ut ipse præ-  
farer, eamque præ-  
fationem ad vos mit-  
terem, mandat mihi & inculcat tum re-  
cor-

## DEDICATIO

cordatio ejus, quem hæc lucubrationes mecum patrem nominamus, ac voluntatis ejus conjectura, tum præfens ratio. Si enim passim velut inspirantibus musis recte ab viris doctis legimus laudes grateque reddi iis, qui bene volentes fecerunt, quæ poterit esse invidia, si quicquid Gronoviani nominis supersumus, in corde, in lingua geramus illam ultra xx annos aliam fautricem nostram Minervam Lugduno-Batavam, hoc est, Benignissimos ejus conservandæ & exornandæ Curatores? Erat quidem ea patris moderatio, ut satis amplam lautamque laboris mercedem sibi reddi & bene secum agi putaverit, dum in illa primi loci sui mediocritate, in reducto isto amœni ad Isalam secessus museo robur experiri ac sedulitatis fidem mereri permetteretur. Negari tamen nequit, quin & multum referat, utrum Romæ an in municipio honorem geras, & optimus quisque celebritatis luce gaudet. Sic certe pro magnitudine theatri, cui per splendidam istam mutationem commissus fuit, accrevit ejus sollertia seque ferventius intendit, ut enitesceret loquendo & scribendo. Quanto enim fervore ille istam speciosæ juventutis subolem quotidianis diatribis deterrere conatus fuit ab Tantalea calamitate? quot non

## DEDICATIO.

inficienda specimina successuum ejus in  
 hoc instituto allegare possem? Quam il-  
 le infudavit ut ab eo discerent etiam qui  
 longe absunt, vel his scediis illud docenti-  
 bus? Quod dum gloriosius fortassis recen-  
 seo, agnoscite beneficium vestrum, vestri  
 in bonas literas & hujus loci splendo-  
 rem muneris unius donum. Vestri enim  
 collegii & decessorum vestrorum id ju-  
 dicium fuit, ut ille potissimus videretur,  
 qui huc inducendus esset; ac quem vel-  
 ut legitimum vestræ Minervæ *ιερόδωλον*,  
 liberalitate publica in honorem Græca-  
 rum Latinarumque artium prosequi pos-  
 sent ita ut erogationis ratio constaret,  
 licet peregrinum deligendum censuerunt,  
 & honorato isto otio coronandum. Ob  
 hoc igitur solum permittite, ut quod sæ-  
 pe & ille & ego tacentes fecimus & sancte  
 usque faciam; quodque unum illi residuum  
 conditio humana fecit, ipsius nomine Vo-  
 bis gratias agam, ut sic ne mortuus qui-  
 dem ab agnoscendo favore vestro cesset.  
 Sed hîc intelligo non licere mihi simplice  
 gratiarum vice defungi. Non enim vivus  
 modo per Vos tulit bonæ conscientiæ  
 fructum; sed dum sic sub mandato vestro  
 mundum univèrsùm & has regiones me-  
 tatur, genium hujus urbis humanitatisque  
 ac misericordiæ dotem venerans & ado-  
rans,

## DEDICATIO.

rans , quum sic gubernante Dei providentia inter Wismariam , Hamburgum , Daventriamque & aliam urbem eorum, quos propinquitate sanguinis attingebat , divisa essent ossa ; hujus dico urbis terram elegit , cujus pietati exuvias suas crederet. Ut propius stimulum , qui me urit , significem ; hanc electionem tunc exercuit , quum suspiciosum tempus admoneret eum naturæ ac conditionis suæ. In hujus discriminis sententia firmus mansit , dum hæc ipsa exarandi consilium cepit , ac me ut qualiacunque ad hanc rem adjumenta circumspicerem , in peregrinationem misit ; immo hæc tunc scripsit , quum prævidebat non procul abesse , quando & hæc , & quidquid habebat humani , erat exuturus, quem mentis paternæ habitum fidemque fatetur hæc ipsa manus ejus , exceptionem **DEI VOLENTIS** præfari diligens. Quæ quum sic acta fuerint ; quum hic ad restituendum Gellium labor memoriam meam ita retroagat ad cogitationem paternæ vitæ & actionis , patimini , Illustres Viri , ut Vobis præsentibus , Deo Benefactori , qui per consilia Vestra operatus hæc omnia direxit , non modo propter vitæ non pœnitendæ finitum in hoc labore cursum , sed propter ipsam quoque hanc præsentem

## DEDICATIO.

cineris paterni quietem dicam AMEN;  
& quum suo nequeat, filii ore utatur ad  
reddendas in æternum & Deo & Vobis  
laudes gratesque. Hic locus quum tantum  
non exigere videatur, ut mirificam be-  
nignitatis vestræ propagationem in me ju-  
sto examine contempler, putans tamen  
melius esse, ut cum maxime sanctitate  
præcedentium acquiescam, enitar post-  
hac sedulo, quod huc usque enifus sum,  
ut mentis meæ veritas in Vobis & loci  
mei studiis colendis appareat. Deus ter  
Opt. Max. faciat æternos pacem pacisque  
ministros. In Lugduno vestra. Idibus Julii  
CICIDCLXXXVII.

P R A E-